

**LECT. BENEVOLO
SALUTEM.**

Nihilo nihil est exilius. exile & sterile
argumentum, de Nihilo, scripturienti
offertur, si, ne putetur homo fuisse nihi-
li, de illo commentari præsumpserit. Ego
præsumpsi, studui, laboravi. Non tamen
primus, nec ex primis. Idem alii egerunt,
me & doctiores & accuratiores. Si ergo
homines nihili maledixerint, me iis displi-
cuisse dicam, quod cum ipsi sint nihili,
ignorent quæ circa Nihilum considerata
sunt. Qui se cupit cognoscere, & Deum
in finitis modis se perfectiorem, Nihilum
cognoscat necessum est: ut cum se cogno-
verit non nisi Nihil esse, Deum ut Omne,
seu Universum comprehendat: qui solus
modo eminenti omnia illa per se possidet,
quæ singulis, quæ extra Nihilum sunt,
solummodo per partes competunt. Per
hanc scalam in cælum ascenditur, atque
beatus est, qui se ita Nihil esse agnoscit,
ut duntaxat dependeat ab Illo, qui solus
est Omnia. Ad quam excelsam sapientiam

*

ut ali-